





set & continens, an clauderetur pelago? Et idem ait de eo, quod Narbonensis regio ad Septemtrionem excurreret.

30 Apparet igitur per has omnes partes facile fuisse primis hominibus transitum, quo in hunc Novum Orbem perducentur. Et cum extrema Orientalis, & Occidentalis Indiae hucusque (ut diximus) explorata non sint, mihi valde probabile videtur, hujus priores accolae ab illa, & à redundantibus fortè Sinarum, aut Tartarorum copia duxisse; prout tenent multi ex auctoribus relatis  
31 *suprà num. 6.* præcipuè per Arias Montan. in *Phaleg.* qui inde Americanos *Ophiritas* appellat, quasi à duobus filiis lectam, scilicet *Ophir* & *Hevila*, initium suæ propaginis sumpserint, qui primi Indiam Orientalem tenuerunt, ut habetur *Genes. 2. & 1. Reg. 9.* atque deinde *Ophir* etiam Occidentalem, ut idem auctor probare nititur: *Non enim* (inquit) *aliam verosimiliorem originem Indis Occidentalibus assignare possumus.* Idem tradit *Genebrard. ubi supra:* Petr. Opmeer. in *opere Chronogr. pag. 16.* qui aliquos filios Hebræi Ictanum connumerat, subditque huic tredecim filios fuisse, qui à Chaldaea ad Indiam usque migrarunt. *A quibus*, inquit, *Indorum, Sinarumque variae gentes originem trahunt, ingenio, industria, arte, atque philosophiæ studiis excellentes.*

His subscribunt Michael Balb. Cabell. in *Miscell. Austr. M. S. 1. part. cap. 12. & 3. part. cap. 15. & 20. & cap. 6. fol. 153.* Ubi quod plus est, absque ullo certo fundamento suadere intendit, utramque Indiam olim conjunctam, & continuam fuisse, quibus maribus fluctibus dividit cooperunt: *Greg. Garc. lib. 4. cap. 1. & 23. Greg. Lop. Madera de excellent. Hisp. c. 8. pag. 70. & Joan. Boter. d. lib. 1. pag. 345.* qui per eandem sententiam fulciendam similem ferè in omnibus conditionem, corporis habitudinem, ritus & mores, ac præcipuè colorem Indorum utriusque Indiae rectè considerant. Quamvis Fr. Joann. à Ponte in *convenient. utr. Monarch. lib. 3. cap. 7. p. 53.* contrarium, scilicet Americanos ab Orientalibus nequaquam procedere, sua tantum auctoritate nixus existimet.

Sed prædictam opinionem, licet in origine *Ophir* rejiciat, in reliquis tamen sequitur etiam, & optimè exornat *Torniel. à anno Mundi 1931. num. 47. pag. 232.* Ubi ait, quòd si quaeratur ex quibus filiis, aut posteris Noè hic Novus Orbis impletus fuerit, possumus respondere, ex filiis Sem, per partes Indiae Orientalis, & Chinae, & Japoniæ provinciis atque insulis, quæ Americae Aquilonari vicinæ sunt: aut etiam ex posteris Japhet, qui postquam per plagas Asiae Aquilonares, quas nunc Tartari incolunt, disseminati fuerunt, tandem ad Orientales ejusdem Asiae fines, qui supra Chinam nonnihil flectunt, ad Aquilonem devenerunt, prope fretum Anian, quo ut diximus, parvo intervallo, ipsa Asia ab America sejungit perhibetur. Ad illas autem Antarticas provincias, quæ nobis omninò Australes esse videntur, & contra extremum Africae Promontorium, quod *Caput Bone Spei* appellant, respiciunt, licet nobis adhuc benè cognitæ non sint, probabiliter conjici posset, primum penetrasse posteros Cham, qui prædictum Promontorium, cæterasque Africae partes incoluisse dicuntur: hi

enim à prædictis Antartidis regionibus omnium minus remoti fuisse videntur, & consequenter ad eas potius commodius pertransire.

Quo sensu percepta, vera esse potest opinio 35 *Gomara in histor. Indiar. lib. 5. cap. 217.* dum existimat, Peruanes à Cham originem ducere, ac maledictionis divinae in Cham hæredes esse, & idem de Brasiliensibus, & aliis Americanis tradit *Joan. Lerius Burgund. in sua historia navigationis in Brasiliam, quæ habetur in 3. part. histor. Americae cap. 15. in fin. pag. 233.* Qui tamen hoc levissima per alia conjectura confirmat, dicens: 36 quod cum Josue, juxta promissiones Patriarchis factas, mandatumque sibi peculiariter scriptum, in terram Chanaan ingrediatur, testatur Scriptura, *Josue 2. 9.* tantum terrorem irrisisse super illius terræ incolam, ut diffugerent metu Israëlitarum: unde etiam fieri potuit, ut Americanorum nostrorum majores, Israëlitarum conspectum fugientes, mari se commiserint, ac tandem in terram Americam appulerint.

Joannes quoque à Torquemada in *Monarch. Ind. lib. 1. cap. 10. p. 33. & latius lib. 14. cap. 18. & 19.* *Joan. Lucena in vita Sancti Xaverii lib. 1. cap. 13. & lib. 10. cap. 22.* Hieronym. *Osot. de reb. Emman. lib. 8. pag. 320.* Petr. Bertius in *descript. Javæ, pag. 611.* & Seraph. Freitas de *justo Imper. Asiat. cap. 5. num. 15. & 20.* eandem originem constituit Indorum Orientalium & Occidentalium, putantque eos ab aliquo ex filiis, vel nepotibus Cham propagari coepisse; per atque ideò colorem aeneum subsuscum habere, sive oleastrinum, & ut plurimum cineritium quibus adscriptum, quod refert *Herrer. in histor. gen. Ind. decad. 1. lib. 9. cap. 4. pag. 296.* Nempe in Cuba 38 insula veteres indigenas nostris apertè Noè, & filiorum ejus historiam retulisse, dicentes, se ex filio, cui ille maledixit, procedere, & ideò rudiores, & versicolores esse, ac nudos incedere. Nos verò ex altero, cui benedixit, & ideò vestibus uti, equis incedere, atque aliis coeli donis, & commoditatibus perfui.

Quod ut melius intelligamus, sciendum est, coloris per Indorum causas, ut & nigredinis, & 39 crispaturæ Æthiopiæ à plurimis doctissimis viris in Solis ardorem & temperamenta locorum, quibus habitant, referri solere, ut constat ex *Ptolem. in oper. quadripart. & ejus comment. Hilly. cap. 2. Hippocr. in tract. de aere & aqua. Albert. Magn. de nat. cal. lib. 2. & 1. Galen. lib. 2. de temperam. cap. 12. Cabell. in dict. Miscell. Austr. 1. part. cap. 9. Fr. Gregor. Garc. dict. tract. de Ind. orig. lib. 2. cap. 5. pag. 149. & seq. & Simon Majol. in dieb. Canicul. t. 1. colloq. 3. pag. 62.* Ubi tradit 40 non esse monstruosum, quod cutis adeò variæ formæ, & colores in hominibus sint: nam coeli id in climata plurimum influunt: sed magis admirandum esse ex albis nasci Æthiopes, aut ex Æthiopibus albos; ac propterea in per Mexico ab 41 ejus antiquis Tyrannis Motezumis homines aliquos publicè alios, quibus ab ipso ortu cutis, crines, supercilia, ac palpebrae albæ fuerint, idque valde ibi pro admirando habitum fuisse, ut tradit *Cortes. in relat. 2. & idem Majol. colloq. 17. pag. 395.* ex Oder. Barbos. & aliis commemorat per in India Orientali tantam esse climatis in 42 unico monte Zantone vim variam, ut quæ vergit

ad Orientem albi sint, qui & nascuntur, & incolunt; quia verò vergit in Occidentem, nigerrimi, cum tamen omnes belluino more vivant.

Illud porro magis monstruosum videtur, quod de homine quodam bicolori à Ptolemæo Lagi filio in Ægyptum deducto narrat *Coel. Rhodigin. lib. 7. antiquitat. lect. c. 18.* cujus quidem medietas ex æquilibrio summè erat nigra, & reliqua portio extremam albedinem præferbat.  
43 Theodectes per etiam apud *Strabonem lib. 15. pag. 799.* eandem coloris varietatem Soli his carnibus tribuit:

*Quorum propinqua Sol advens orbita  
Fuliginoso corpora colore imbuti,  
Æstruque totas siccis crispavit comas,  
Materiemque adolescenti consumptam abstulit.*

44 Unde idem *Strabo* infert, per Indos Orientales non crispari, nec eorum colorem in totum aduri, sicut Æthiopus, propterea quod sint humidum aëris compotes, & minus perpendiculariter radiis Solis feriantur.

45 Alii tamen putant, per neque Soli, neque solo id esse tribuentem, sed à spermatis natura proficisci, quoniam sub Æquatore, locis utriusque Tropico vicinis inter nigerrimos sparsi reperiuntur albi, vel cineritii, qui ille in sua albedine perseverant, ut in regno *Melinda* & *Mombaza*, & benè observat *Abraham Ortel. in comment. tab. 4. sui Theatri:* & *Autor hist. Regni Congiani cap. 3.* in calidioribus quibusdam locis sub eodem parallello; atque adeò, sub eadem coeli constitutione videmus nasci alicubi homines albos, ut in hac America, alicubi subfasci coloris, ut in Abyssinorum regionibus: alicubi nigerrimos, ut in Asiae Provincia, quam *Malabaricam* vocant. Et quia 46 Æthiopes per etiam, & Indi, si per multa secula in frigidis regionibus transferantur, semper tamen nigros, vel oleastrinos liberos generant; sicuti & Hispani albos, quamvis in India, aut Æthiopiae litoribus perseverent. Et in insula *S. Thome*, quæ primùm à Lusitanis habitari coepit, non impedit calor quominus ipsorum filli usque ad centesimum jam annum albi sint, & maneat: cum tamen Sol ibi æquè ac in aliis insulis Æthiopicis calidus sit.

47 Quapropter affirmant à stirpe & sanguine Cham Æthiopes provenire, qui destitutus fuit patris sui Noè benedictione, ob culpam, quam contraxit in ejus temeraria Irrenda, & inde magnam plagam posteritati suæ attulit, ut & ipsa indignationem Dei in suum parentem testaretur, ut habetur *Genes. cap. 10. & Paralip. 1.* Chanaan enim filius Cham quartogenitus, quia patris avum temulentum ostendit, maledictus fuit, & jugo servitutis subiectus: & ideò Chanaan, & alia undecim gentes ab eo descendentes, deletæ sunt. Chus 48 verò per ipsius Cham primogenitus, quamvis multò ante patris impletatem natus fuisset, niger tamen ipse, velut in poenam effectus, nigerrimos filios produxit, & Æthiopus auctor esse perhibetur.

49 Filii autem per Mizraim secundogeniti nigri, & de 50 formæ nati sunt, ut Ægyptii, ac per Getuli præter nigrorem ore putidi, ut cogantur perpetuò saniem in eo habere. Filii denique *Plur* tertio geniti (ut *Mauri*) nigri, simi, labeones, aliòve modo 52 prodigiòse affecti. Ex per quibus coloribus utrius-

que India incolæ habent, & præcipuè illius *Oleastrini*, quo, ut diximus, magis frequentè prædictè esse videntur. Quod ultra *Torquemad. d. lib. 14. cap. 18. & 19.* ubi supra apertè proponit, & prosequitur *Ant. Posevin. in Biblioth. 2. tom. lib. 15. cap. 19. pag. 252. & 253.* *Didac. de Yebes in suis discurs. de var. histor. & August. Torniel. in annal. sacris tom. 1. ann. Mundi 1931. n. 26. & 27.* Et qui per Æthiopibus plura voluerit, & de usu 11-53 lius adagii *Æthiops non absciet*, legat *Plinium, lib. 5. cap. 8. & lib. 6. cap. 30.* *Erasmus in adagii: Alciat. Embl. 59.*

*Abluis Æthiopes quid frustra ab desine; molis  
Illustrare nigra, nemo potest tenebras.*

Ubi *Sanctius Brocensis*, & *Claudius Minoes* alios allegant, & eruditissimus pariter ac piissimus vir *Martin. Delr. in adag. sac. 1. tom. adag. 851. pag. 448. & seq.*

Illud per tandem pro hujus capituli coronide sub 54 jiciemus, hodie Indos omnes, ut plurimum, mædiocri statuta reperiri, cujus rei causas examinat *Torquemad. d. lib. 14. cap. 24. & 25. & Fr. Joann. à Ponte in Monarch. lib. 3. c. 9. pag. 75.* Quamvis non ignorem, tam incolarum traditionibus, quam multorum Scriptorum testimoniis, comperit esse, in aliquibus hujus Novi Orbis regionibus quondam Gigantæ magnitudinis homines viguisse, & hodie quoque vigere, ut etiam de Indiis Orientalibus diximus *suprà cap. 2. ex numer. 11.* Nam *Americus Vesputius in suis relat. navig. 2.* tradit, se in quodam insulam appulisse altissimis hominibus cultam, quam ob id *Gigantum* appellarunt. Et *Anton. Pigafetta*, qui fuit socius *Magallani*, dum nobile ejus nominis fœrum detexit, affirmat, se juxta illud Gigantæos populos conspexisse, quorum cervix ad brachii dimidium longitudine protenderetur. Qui Gigantes postea sæpè ab aliis illud fretum navigantibus conspecti sunt. Et de eis ita scribit *Cardan. lib. 8. de rerum variet. cap. 43.* relatus in *Theatri vit. human. vol. 2. lib. 2. pag. 277.* *Constat juxta fauces freti Magallanici in Boreali litore ad quinquaginta duas partes altitudinis esse Patagones Gigantes, octo palmis longiores, magnis pro statura pedibus, qui carnis carnibus vescuntur, piscibus assatis, pane carent. Una bucca libras duas carnis aut piscium sumunt: tantum aquæ uno haustu bibunt, ut duodecim hominibus sufficere possit. Caterum forma decenti sunt, membrisque pro altitudine commensuratis: cursus velocissimi, bilares, fortes, robustissimi etiam supra magnitudinis rationem. Færis mirum in modum delectantur: crudelis tamen, quod mirum est, non sunt, nec humana carne vescuntur. Sanguis adeò profundè in gulam demittunt, ut in ventriculum pervenire existimantur, quod ipsi prodigiòse spectaculo habent.*

Idem de antiquis *Jucatane* Provinciae indis monumentis suis mandavit *Anton. de Herrera in hist. gen. Ind. decad. 4. lib. 2. c. 7. ad fin. pag. 44. & lib. 10. c. 4. pag. 268.* & de *Chichimecis*, & aliis gentibus *Novæ Hispaniæ*: *Acost. in hist. Ind. lib. 7. c. 3. pag. 457.* ubi ait, se molam cujusdam ex his Gigantibus pugno majorem vidisse; & *Fr. Joann. de Torquemada in Monarch. Ind. lib. 1. cap. 13.* ubi de alia testatur duobus pugnis majore, quæ



ex sepulcro jamdudum hominis cadavere extracta fuit, cujus caput grandis dolii vinarii magnitudinem excedebat, quod & tradit Cardanus, & Theatrum ubi supra, docens ex ossibus horum Gigantum in sepulchris repositis, partium ad totum habitata ratione constare, viginti palmos magnitudinis excessisse, hoc est triplum justa magnitudinis fermè hominum nostræ regionis, & ævi: Apud eundem etiam Joseph. Acost. lib. 1. de nat. Novi Orb. c. 19. pag. 5. Petr. Ciezam 1. part. dist. Perù cap. 52. August. Zarate in ead. hist. lib. 1. c. 5. Magin. in 2. p. sua Cosmogr. tab. 34. fol. 286. Torquemad. d. c. 13. pag. 38. Fr. Greg. Garc. lib. 1. de Ind. orig. cap. 4. §. 1. pag. 67. Garcilas. Inc. in suis comment. lib. 9. c. 9. fol. 234. Herr. decad. 5. lib. 3. c. 1. pag. 64. & Joan. Metellum relatum à Theatr. vitæ human. ubi supr. reperimus, celebrem esse famam in hac Peruensi regione, ubi nunc Mantá, & Portus Vetus oppidum perexiguum ab Hispanis edificatum est, circa Caput S. Elena, reperiri ossa hominum Gigantea, tante magnitudinis, ut duplo, aut certè semiduplo corpora eorum proceriora fuisse demonstrent, quàm sint communia præsentium Indorum. Illos autem Gigantes olim mari ad hæc loca esse delatos, ibi cum indigenis bella gessisse, & quædam extruxisse immania opera, cujus generis profundus puteus hodie visitur, lapidibus immensis edificatus. Ac tandem homines illos sævos & portentosos, quod nefaria, & impurissima libidine abuterentur, cœlitus esse consumptos. De quibus Gigantibus mentionem etiam facit Did. Daval. & Figuer. in Miscell. Australi colloq. 33. pag. 147. & subjungit, in valle de Tarija similia Gigantum ossa reperiri, seque unius mandibulam vidisse, quæ semilunam excedebat, cum tribus dentibus pugno majoribus; & à Dom. Laurentio Suar. de Figueroa, Provincia Sanctæ Crucis de la Sierra Gubernatore, audivisse, à se aliud integrum cadaver in eadem valle juxta cujusdam torrentis ripam conspectum, adeò portentosa magnitudinis, ut ensis per oculi cava demissus, vix ad cerebrum perveniret.

## CAPUT XI.

De Anforibus & argumentis, quibus probatur, Hispanos omnium primos hunc Novum Orbem detexisse, & aliis ante eos prorsus incognitum, & certè nec leviter adumbratum.

## SUMMARIUM.

- 1 Orbis Novus an antiquis ullo modo cognitus fuerit.
- 2 Auctores, qui tenent, Orbis Novi nullam antiquis notitiam fuisse, late recensentur.
- 3 Joseph. Acost. Abrah. Ortel. Maluend. & alii meritò mirantur, hunc Novum Orbem, adeò magnum & divitem, antiquos tot seculis latuisse.
- 4 Orbis Novi notitia si aliqua fuit apud antiquos, postea in totum evanuit.
- 5 Franc. Vallesius sentit, Orbis Novi habitationem nulla memoria, vel historia ante Columbum cognitam.
- 6 Alani Copi sententia & verba de omnimoda ignorantia Novi Orbis apud antiquos.
- 7 Thomas Bocius Eugubinus laudatur, qui tradit, ne tenuis quidem nomen Novi Orbis ad majores nostras pervenisset.

- 8 Orbem Novum non fuisse antiquis seculis cognitum, pluribus argumentis Auctor convincit.
- 9 Mundum ex una tantum parte caelum, & terram habere multi ex antiquis cum Epicuro opinabantur. Alii cum Stoicis & Peripateticis contrariam sentiebant, & num. 11.
- 10 Lucretii carmina adversus eos, qui Mundum rotundum esse putabant.
- 11 Stoicorum sententia.
- 12 Terra constituta est à Deo in medio globi caelestis, & duas superficies habet.
- 13 Terra cur dicta à Græcis isippion.
- 14 Globosa figura sive forma, perfectissima est.
- 15 Terra in medio caelestis globi pendens, quomodo sustentatur.
- 16 Orbis Etymologia à rotunditate.
- 17 Manilius locus elegans de Orbis rotunditate.
- 18 Plinius qualiter aperiat ineffabilem rationem, qua elementa inter se colligata sunt.
- 19 Australes mundi plagas, aquis omnino tegi multi ex veteribus opinabantur, & quare.
- 20 Procopii Gazæi notabilis locus, terram in aquis subsistere, & infra nos nullam esse putantis.
- 21 Photius reprehendit D. Clementem, quod putavit, terram reperiri ultra Oceanum, & Phœnicem avem veram esse.
- 22 Australes & Occidentales regiones ultra Oceanum inhabitatas esse, multi ex antiquis putarunt, & quare.
- 23 D. Augustini locus expenditur.
- 24 Cajetanus putat, nullo Scripturæ loco concludi, omnem terram esse habitabilem.
- 25 Antipodes, sive Antitheses esse multi auctores constantissime negarunt, & de horum nominum etymologia.
- 26 Antipodes Hispanis, & aliis Europæis sunt plures regiones Novi Orbis, remissivè.
- 27 Antipodes esse, qui olim ridebant, hodie magis ridendi sunt.
- 28 Lactantius Firmianus multum invehitur in eos qui Antipodes esse affirmabant.
- 29 Lucretius vanos & stolidos vocat eos, qui Antipodes agnoscerent.
- 30 D. Idorun Antipodes fabulosos appellat.
- 31 Procopius Gazæus quasi contra fidem esse inquit Antipodes dari.
- 32 Virgilius Episcopus Saleburg. reprehensus fuit, quod Antipodes dari pro concione dixit.
- 33 Antipodes esse plures ex antiquis affirmarunt.
- 34 Antipodes esse qui olim agnovissent, putabant alterius generis esse, & aditum ad eos non dari propter calorem Torridæ Zonæ.
- 35 Zonas quinque, quibus terra dividitur, qualiter describit Cicer. Plin. & alii, & num. 38.
- 36 Australem Zonam, & gentes sub ea habitantes à nobis agnosci non posse, multi putarunt.
- 37 Nilii origo agnoscitur non potest oh æstum Torridæ Zonæ cum Luciano.
- 38 Auctores plurimi recensentur, qui de Zonis Orbis scribunt.
- 39 Zonam Torridam esse impertransibilem, & inhabitabilem, hodie etiam aliqui nimis cupinè scribunt.
- 40 Picus Mirandulanus publicè Roma defendit Zonam Torridam inhabitabilem esse.
- 41 Zonas omnes habitabiles esse, & Torridam placidissimam, hodie certissimis experimentis compertum est; & auctores qui de hoc agunt, & num. 43.
- 42 Philosophicis argumentis non est defendendum plusquam oculis.
- 43 Auctor. de Torrida tractantes.
- 44 Servius quid sentiat de Antipodibus, & eorum cum nostris communicatione.
- 45 Zonas tres anted inhabitabiles, post Christi adventum habitabiles factas, pie probare nititur Thomas Bocius.
- 46 Christi Domini felicissimus adventus plurima bona mundo attulit, & Sybille carmina de hoc.
- 47 Oceanum innavigabilem esse veteres crediderunt, & loca Nacion. Origen. & Cicer. num. 49. 50. & 51.

- 48 Antipodes negavit D. August. & alii Ecclesie Patres, quia ad eas regiones transisse per Oceanum Adami posteros impossibile judicantur.
- 49 Nacion. locus.
- 50 Origen. sententia.
- 51 Cicer. verba.
- 52 Adagium non ultra Gadira, sive, qua ultra Gades inaccessa, explicatur, & exornatur.
- 53 Oceanus in sacra Pagina sumi solet pro fine totius Orbis.
- 54 Gades sumitur pro ultimo termino Occidentis.
- 55 Hercules columnas Gadibus fixit, tamquam illic esset suprema Orbis meta.
- 56 Imperatorum antiqua consuetudo fuit aliquas columnas, vel alia monumenta erigere in extremis locis, ad que pervenissent.
- 57 Gades nomen terminum, seu finem Latinis significat.
- 58 Finis terræ Promontorium Hispania in Regno Gallicie.
- 59 Hispania tota, & præsertim Provincia Bætica dicitur Occidens Occidentis, & id significare ejus antiqua nomina Sepharad, & Spania.
- 60 Hesperii nomine à quo Hesperia dicta Græci totum Occidentem appellabant.
- 61 Epiphania antiqua, que Hispania oras terrarum ultimatas facit.
- 62 Promontorium sacrum, id est, El Cabo de S. Vicente, Orbis ultimum dicitur Siraboni.
- 63 Tartessus Bætica urbs eadem ac Gades.
- 64 Tartarum ubi defunctorum animas mitti credebant, in ultimis Hispaniæ oris tamquam in extrema totius Orbis regione antiqui collocabant.
- 65 Elysi campi, & Beatorum sedes in Hispaniæ finibus esse putabantur, secundum Homerum & alios.
- 66 Hesperidum horti, quævis circa Hispaniam positi, ab antiquis ignorabantur, & quare.
- 67 Oceani navigatio ultra fretum Herculeum olim nimis periculosa, & quare.
- 68 Maria omnia innavigabilia olim Atlantica dicebantur.
- 69 Navigationes per altum olim incognite erant.
- 70 Navium & navigationis inventio & usus à Noe temporibus initium accepit.
- 71 Atlantem Lybicum primum naves fabricasse testatur Clem. Alex.
- 72 Navium forma, astrolabium, & alia nautica instrumenta, quibus hodie utimur, antiquis ignorabantur.
- 73 Magnética acus, & ejus præcisa necessitas ad navigationes per altum inviduas.
- 74 Navigationis aliquam peritiam, & certitudinem ex siderum observatione Phœnices nacti fuerunt.
- 75 Navigantes nullo, aut procelloso tempore siderum observatione se juvare non poterant.
- 76 Virgilius elegans naufragii, & procellæ descriptio.
- 77 Magnética acus inventum extollitur, & quod præcisè ignotum fuit.
- 78 Navigandi peritiam antiquorum cum hodierna, & præcipue Hispanica conferri non potest.
- 79 Magnética acus inventor quis, & de ejus commodis & usibus, remissivè ad plures auctores.
- 80 Magnèti proprietates mirandæ, & unde ei nomen, remissivè.
- 81 Magnèti cur semper Septentrionem requirat, remissivè.
- 82 Magnèti novum, & mirum experimentum.
- 83 Magnética acu multi etiam utuntur in terrestribus itineribus: & de montibus magnèticis, qui attrahunt ad se navigia, quibus ferrum inest.

Hujus ergo adeò vasti, & immensis Orbis descriptione, & indigenarum origine patefacta, superest nunc, ut eadem cura, nobilem illam questionem examinemus, an scilicet ante Columbi, & Hispanorum in eundem Orbem adventum, ab aliquibus antiquorum seculorum hominibus cognitum, & lustratum fuerit,

aut saltem certis, & constantibus literarum monumentis ostensus? Et planè mihi semper eorum opinio magis arrisit, qui tantæ detectionis & cognitionis primam laudem ac gloriam Hispanis tribuunt, & aliis ante eos, has Occidentales & Australes regiones penitus ignoratas, esse testantur. Quod multis rationibus defendunt, & extollunt Petr. Malferit. inter consilia Mandelli vol. 2. consil. 769. n. 17. Marquard. de Susanis in tract. de Judæis, & infidel. 1. p. c. 14. in princip. Petr. Bellin. in tract. de bello 2. part. tit. 11. Taraph. de Regib. Hispan. cap. ultim. Victor. in relect. de Ind. insularis in princip. Barrer. in libello de regione Ophira: Lud. Leo Augustinian. in comment. super Abdiam cap. ult. pag. 662. & super Cat. cap. 8. Joseph. Acost. lib. 1. de nat. Novi Orb. cap. 1. & seqq. Perer. lib. 3. in Gen. Barrad. lib. 5. concord. cap. 1. Boter. in relat. universal. vol. 2. lib. 1. ex pag. 329. usque ad 338. Ant. de Herrer. in histor. gener. Ind. decad. 1. lib. 1. c. 1. & c. 6. pag. 12. in fin. Greg. Lopez Madera in lib. de excell. Hispan. Monarch. c. 6. fol. 44. & cap. 9. ex fol. 67. Jacob. Valdes de dignit. Reg. Hisp. c. 12. num. 7. cum seq. & cap. 19. ex num. 55. ad 63. Camill. Borrell. de præst. Reg. Catal. cap. 43. num. 7. & 8. & cap. 46. n. 225. & 226. Bern. Aldrete lib. 3. de orig. ling. Hisp. cap. 13. Petr. Opmeer. in opere Chronograph. p. 417. Fr. Joan. à Ponte in convent. utr. Monarch. lib. 3. c. 7. §. 10. pag. 49. & c. 19. §. 1. pag. 152. & §. 2. pag. 125. Trajan. Bocalin. in nuptiis Parmat. centur. 2. c. 90. Fr. à Torquem. in Monarch. Ind. lib. 1. c. 4. in fin. August. Torniel. in annal. sacr. ann. mundi 1631. num. 46. & 48. pag. 230. & seq. & ann. 3043. n. 7. & 8.

Idem tradit ipse Acost. eod. lib. c. 12. † ubi monstri simile reputat, & alterum Orbem esse tantum quantum hunc cernimus, & antiquos tot secula latuisse, & nullum prorsus vestigium inveniri, quo ostendi possit, ex Europæ nationibus aliquem ante Hispanos in has oras appulisse.

Abrahamus etiam Ortel. in Theat. Geograph. tab. 5. & Carol. Stephan. qui ejus verba transcribit, in diction. Hist. & Poet. verb. America, in eadem opinione sunt. Et aquè mirum sibi videri dicunt, hoc Hemisphærium tantæ & tam immense amplitudinis, veteribus tot seculis incognitum mansisse, & tandem potuisse latere, considerata præcipue cum antiquorum in describendo terrarum Orbe diligentia, & amplissimum imperiorum ad perquirendas regiones commoditate, opportunitateque tum humani generis dira, atque insatiabili auro, atque argento inhiantis cupidine, nihil non tentante, quo his portantur, quibus hæ regiones incredibili copia abundant.

Doctissimus quoque Fr. Thom. Maluend. lib. 3. de Antibr. c. 16. in princ. aperte resolvit, veteres Scriptores, & quoscumque qui ante Columbum fuerunt, nullam habuisse vel tenuem suspicionem istius tam vastæ, & immanis terræ portionis, quæ per Hispanos patefacta est, ut planè sit inter maxima miracula computandum, voluisse Deum, per tot secula ab Orbe condito majorem partem totius Orbis terrarum ita in obscuro delitescere. Et in fine ejusdem capituli subdit, quod † etsi concedamus apud præcos aliquam quamvis confusam, atque inurbatam extitisse Novi istius Orbis notitiam, cujusmodi tamen cognitionis vel